Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

expedit vobis unum hominem mori pro
populo. Sequebatur autem ihũ simon
petrus & alius discipulus. Discipulus autem ille notus erat pontifici & in
troivit cũ ihũ in atrium pontificis. Petrus autem stabat ad ostium foris.
Exiuit ergo discipulus alius qui erat notus pontifici et dixit ho
stiarie et introduxit petrũ. Dicit ergo petro ancilla hostiaria. Nũqd
& tues ex discipulis hominis istius. Dicit ille. Non sũ. Stabant autem
serui et ministri ad prunas quia frigus erat & calefaciebant se. Erat
autem et petrus cum eis stans & calefaciens se. Pontifex autem in
terrogauit ihũm de discipulis suis & de doctrina eius. Respondit ei ihc. Ego
palam locutus sũ mũdo. Ego semp docui in synagoga & in templo
quo omnes iudei conuenerant & in occulto locutus sum nichil. Quid me interro
gas. Interroga eos qui audierunt quid locutus sũ ipis. Ecce hi sciunt
quae dixerim ego. Hec autem cũ dixisset unus assistens ministro
dedit alapam ihũ dicens. Sic respondes pontifici. Respondit ei ihc. Si
male locutus sum testimoniũ phibe de malo. Si autem bũ quid me cedis.
Et misit eũ annas ligatum ad chayphan pontificem. Erat autem
simon petrus stans et calefaciens se. Dixerunt ergo ei. Nunquid
& tu ex discipulis eius es. Negauit ille et dixit. Non sũ. Dicit unus
ex seruis pontificis cognatus eius cuius abscidit petrus auriculã
Nonne ego te uidi in horto cũ illo. Iterum ergo negauit petrus & stan
tinus cantauit. Adducũt ergo ihũm ad cayphan in prtorium. Erat ut
mane & ipi non introierunt in prtorium ut non contaminarentur sed
manducarent pascha. Exiuit ergo pylatus ad eos foras & dixit.
Quam accusationem affertis adversus hominem hunc. Respondunt & dixerunt
ei. Si non esset hic malefactor non tibi tradidissemus eũ. Dixit
eis pylatus. Accipite eũ vos & secũdũ legem vestrã iudicate eũ. Dixerunt
ergo ei iudei. Nobis non licet interficere quemq̃. Vt sermo ihũ